De reta alia, seu Ordinationes quasdam emanatas a praefato Priore Generali praedicti Ordinis circa Electiones Superiorum, & Officialium in Quitensis, aliisque Indiis Provincis, refert, & confirmat Id. Conft. 38. §. 1. ad 5. p. 144. ad 146.

Decretum aliud Capituli Generalis ejusdem Ordinis, quo senarius numerus Magistrorum Pervanae Provinciae ad Duodenarium extenditur, extat confirmatum apud Eund. Conft. 192. §. 1. & feq. p. 445. & feq.

Decreta quaedam alia ejusdem Capituli, quibus prohibetur ne Religiosi Provinciarum Mexicanae, & Mechoacan. soli aut cum pallio, vel galero incedant, refert & confirmat Id. Conftitut. 193. §. 2. & feq. p. 446. & feq.

Decretum Ministri Generalis, & Commissarii Indiarum Ordinis Minorum, quo statuitur Alternativa Electionum in Provinciis Indiarum Occidentalium, extat apud Eund. Conft. 17. §. 2. ad 9. p. 25. ad 27.

Decreta quaedam seu Statuta Minorum de Observantia a S. Sede prius tamen in meliorem formam redacta, extant confirmata apud Eund. Conftitut. 76. §. 2. ad 4. p. 121. ad 124.

Decreta alia quaedam Minorum Discalceatorum Provinciae S. Petri de Alcantara in Hispania, a S. Congregatione Episc. & Regul. approbata, refert, & confirmat Id. Conft. 94. p. 150.

Decretum Ministri Generalis Ordinis Minorum de Observantia circa abrogationem Commissariorum Europaeorum, & Judices appellationum pro duabus Provinciis in Brasilia, habetur confirmatum apud Eund. Conft. 125. §. 2. p. 281.

Litteras quasdam Patentes ejusdem Ministri Generalis circa executionem Alternativa inter Fratres Hispanos, & Criollos in Indiis Occidentalibus, in quibus etiam referuntur ortus, & progressus d. Alternativa: refert confirmatas Id. Conft. 122. §. 2. p. 297.

Statutum Capituli Provincialis Minorum Tertii Ordinis in Gallia de regula servanda in morte Provincialis, & vacatione Diffinitoriatu, habetur confirmatum apud Eund. Conft. 140. §. 1. & feq. p. 307. & feq.

Statuta quaedam alia Capituli Generalis Minorum de Observantia circa Eleemosynas Praedicatorum, & Bibliothecas communes, extant confirmata apud Eundem Conft. 158. §. 1. ad 6. p. 364. & feq.

Decreta alia nonnulla a Ministro Generali ejusdem Ordinis emanata, & a Cardinali Protettore approbata pro Missionariis in Indiis Occidentalibus, habentur confirmata apud Eundem Conftitut. 170. §. 3. ad 9. p. 395. ad 399.

Statuta quaedam alia ejusdem Ministri Generalis pro regimine Seminariorum erectorum in Hispania, & Indiis Occidentalibus ad excipiendos Missionarios S. Francisci de Observantia, refert, & confirmat Id. Conft. 176. §. 2. ad 7. p. 407. ad 413.

Decreta quaedam Capituli Generalis Ordinis Redemptio-nis Captivorum, unanimi consensu edita, extant confirmata apud Eundem Conftitut. 187. §. 1. ad 3. p. 436. ad 438.

Decretum quoddam Capituli Generalis Canonicorum Regularium Congregationis S. Iohannis Evangelistae de voto nemini concedendo, nisi post decennium a professione, confirmavit Id. Conft. 53. §. 1. p. 79.

Decretum aliud Canonicorum Regularium S. Augustini, ne quis Canonicus Regularis Beneficia obtineret sine licentia Superioris Generalis, confirmavit Id. Conft. 84. §. 3. p. 133.

DECRETA ALIORUM.

Decretum Capitulare Canonicorum Basilicae Sancti Petri, quo adscripta fuerit Beneficia Abbatiae S. Rufilli Clericis idoneis ipsius Diocesis, extat apud Eund. Conft. 23. p. 46.

Decreta nonnulla Thesaurarii pro bono Locorum Montium regimine: Vid. *Loca Montium*.

Decretum quoddam Universitatis Artis exonerantium ligna ad Ripettam: Vid. *Universitas*.

DEROGATIO.

Derogatio Constitutionum Apolliticarum: Vid. *Constitutiones Apostolicae derogatae*.

DIMISSORIA.

Vid. *Melitenfes*.

DIOECESIS.

Dioeceseos terminos Ecclesiae Oppidi de Olinda nuper in Cathedrali erectae, designavit Innoc. XI. Conftitut. 4. §. 5. p. 6.

Dioeceseos terminos Ecclesiae S. Sebastiani pariter in Cathedrali erectae, descripsit Idem Conft. 5. §. 4. p. 8.

Diocesim Ecclesiae S. Ludovici de Maragnano, quam Cathedrali nuper constituerat, circumscriptis Id. Conft. 21. §. 5. p. 33.

Dioeceseos Portugallen Lites: Vid. *Lis*.

DOCTORES.

Doctores Collegii Comen. Vid. *Collegium Comen.*

Doctores, & Magistri titulo abdicato, Minores de Observantia Lectores appellantur. Innoc. XI. Conftitut. 77. p. 125.

DOCTRINA CHRISTIANA.

Doctrinam Christianam docentibus, audientibus, & ad id cooperantibus Indulgentias perpetuas concessit Innoc. XI. Conft. 167. §. 1. p. 392.

DOHANA, & DOHANERII.

Vid. *Gabella*.

Dohaneris recognoscendi etiam Exemptorum a gabellis capfas, & arculas concessit Innoc. XI. Conftitut. 20. §. 3. p. 31.

E

ECCLESIA ABBATIALIS.

Ecclesia Abbatialis Montis Casini subiecta est Ecclesiae Collegiatae S. Germani per Decretum Congregationis Episc. & Regul. confirmatum ab Innoc. XI. Conftitut. 179. §. 1. p. 416.

ECCLESIA CATHEDRALIS.

Ecclesiam Cathedrali in Metropolitana erigendi causas recenset Innoc. XI. Conft. 3. §. 1. p. 3.

Ecclesiam Cathedrali S. Salvatoris Bahjae, Ulyssiponen.

nen. Archiepiscopi accedente consensu, in Metropolitana erexit Id. ibid. §. 2. p. 4.

Ecclesias Cathedrali, ac suffraganeas a Metropolitana dismembrandi causas recenset Id. Conft. 44. §. 1. p. 62.

Ecclesias Cathedrali sex a Provincia Bituricensi separatas ab illius Archiepiscopi Jurisdictione exemi Id. ibidem. p. 63.

Ecclesiam Cathedrali Albicensem, unam ex ipsis in Metropolitana erexit, eiq. Ecclesias quinque reliquas suffraganeas assignavit Id. ibid. p. 63.

Vid. paulo post *Ecclesia Parochialis*.

ECCLESIA COLLEGIATA.

Ecclesia Collegiata S. Germani subiecta est Ecclesiae Abbatiali Montis Casini per Decretum Congregationis Episcop. & Regul. confirmatum ab Innoc. XI. Conft. 179. §. 1. p. 416.

ECCLESIA METROPOLITANA.

Vid. paulo ante *Ecclesia Cathedrali*.

ECCLESIA PAROCHIALIS.

Ecclesiam Parochialem Cathedrali constituendi causas enumerat Innoc. XI. Conft. 4. §. 1. & feq. p. 5. Conftitut. 5. §. 1. & feq. p. 7. & feq. Conft. 21. §. 1. p. 32.

Ecclesiam Parochialem Oppidi de Olinda Cathedrali constituit Idem d. Conft. 4. §. 3. & feq. p. 5. & feq.

Ecclesiam Parochialem Oppidi S. Sebastiani in Regno Brasiliae, in Cathedrali erexit Idem supra dicta. Conft. 5. §. 3. p. 8.

Ecclesiam Parochialem Oppidi S. Ludovici de Maragnano Cathedrali constituit Idem citata Conft. 21. §. 3. p. 33.

Episcopatus. Vid. infra.

ERECTIO.

Erectio Collegii Studiorum. Vid. *Monachi Congregationis Cassinensis* in fin.

Erectio Confraternitatis Bethlehemitarum in Congregationem: Vid. *Confraternitas*.

Erectio Confraternitatum Almae Domus Lauretanae, & Nonis B. M. V. in Archiconfraternitates. Vid. *ibidem*.

Erectio Congregationis Bavaricae Ordinis S. Benedicti. Vid. *Monachi Congregationis praedictae*.

Erectio Conventuum. Vid. *Conventus*.

Erectio Ecclesiarum Cathedralium in Metropolitanas: Vid. *Ecclesia Cathedrali*.

Erectio Ecclesiarum Parochialium in Cathedrali: Vid. *Ecclesia Parochialis*.

Erectio Provinciarum Ordinum Regularium: Vid. *Minores Capucini*.

Erectio Universitatis Studii Generalis. Vid. *Universitates Publicae Studii Generalis*.

EPISCOPATUS.

Vid. *Ecclesia Parochialis*. Vid. *Mensa Episcopalis*. Item, Vid. *Diocesis*.

EPISCOPUS.

Episcopo Alexandrino Litem inter Principem Mesarani & Communitates loci commisit Innoc. XI. Conft. 16. §. 1. p. 25.

Episcopo Foroliviensis. Vid. *Nuncios Apostolicos*.

Episcopo Majoricensi Erectionem Conventus Majoricensis pro Capucinis commisit Id. Conft. 1. §. 1. p. 2.

Episcopo Malacitano Erectionem Conventus Malacitani pro Minoribus Discalceatis commisit Id. Conft. 40. p. 56.

Erectio. Vid. paulo ante.

EREMITAE S. AUGUSTINI.

Eremitis S. Augustini Provinciae Insularum Philippinarum in Curia Romana vel Hispanica Procuratoris munere functis Exprovincialium Privilegia indulgit Innoc. XI. Conft. 26. §. 1. p. 38.

Eremitis eiusdem Provinciae Quitensis in Indiis Occidentalibus Alternativa Officiorum d. Provinciae per Decretum Prioris Generalis moderatam, confirmavit Id. Conft. 30. §. 7. p. 42.

Eremitis praefatis in Etruria Indulgentiam Plenariam perpetuam ipsorum Ecclesis aliis pro certo die concessam, in alium diem transiit Id. Conft. 35. §. 2. p. 47.

Eremitis praedictis Indiarum, ut Officialibus in Capitulis

Provincialibus electis pareant, sub certis panis praecipit Id. Conft. 36. §. 2. p. 48.

Eorundem Officialium electiones omnes, etiam dubias, ratas, & firmas haberi iussit Id. ibidem.

Eremitis eiusdem Provinciae Quitensis Decreta nonnulla, n. 31. a Magistro, & Vicario Generali pro pace dictae Provinciae edita, confirmavit Id. Conftitut. 55. §. 3. p. 92.

Eremitis praefatis Provinciae Bavaricae, segregationem quatuor Conventuum a praedicta Provincia, per peculiarem Cardinalium Congregationem factam confirmavit Id. Conft. 57. §. 2. p. 94.

Eremitis S. Augustini in genere Decretum quoddam Congregationis Episcoporum & Regul., quo eis dumtaxat reservatur Jus aggregandi ad Confraternitatem Cincturatum, confirmavit Id. Conft. 67. §. 1. p. 104.

Item Conft. 87. §. 1. p. 144.

Eremitarum praedictorum Prioris Generalis Ordinationes quasdam, circa electionum Confirmationes, in Quitensis aliisque Indiis Provincis facendas, refert & confirmat Id. Conft. 88. §. 1. ad 5. p. 144. ad 146.

Eremitis praedictis Decretum quoddam Capituli Generalis, quo senarius numerus Magistrorum Pervanae Provinciae ad duodenarium extenditur, confirmavit Id. Conft. 192. §. 2. p. 446.

Eremitis praefatis Decreta quaedam alia Capituli Generalis, quibus prohibetur, ne Religiosi Provinciae Mexicanae & Mechoacan. soli aut cum pallio, vel galero incedant; confirmavit Idem Conft. 193. §. 3. p. 447.

EREMITAE S. AUGUSTINI DISCALCEATI.

Eremitis S. Augustini Discalceatis Decretum quoddam Congregationis Episc. & Regul., quo eis concessum est posse Corrigatorum Confraternitates erigere, confirmavit Innoc. XI. Conft. 67. p. 104.

Necnon Conft. 87. §. 1. p. 144.

Ad Eremitas praedictos Decretum quoddam Prioris Generalis Eremitarum Calceatorum extendit, illudque ab eis observari debere statuit Idem Conft. 92. §. 2. p. 148.

EREMITAE CAMALDULEN.

Eremitarum Camaldulen. Prioribus Localibus, ut per se valeant dare Licentiam subditis Eremitis pernoctandi extra Eremos, concessit Innoc. XI. Conft. 18. §. 1. p. 28.

Eremitis praefatis Decretum Definitorum eorundem Congregationis, de alternativa quatuor praecipuorum Officiorum in quatuor eorum Provinciis servanda, confirmavit Id. Conft. 59. p. 95.

F X B M T I.

Vid. *Regulares Exempti*.

Exempti Clerici Regulares Scholarum Piarum. Vid. *Clerici Regulares*.

Exempti a Gabellis: Vid. *Dohanerii, & Gabella*.

Exempti Monachi Congregationis Bavaricae Ordinis S. Benedicti. Vid. *Monachi Congregationis praefatae*.

Exempti Montiales Adorationis perpetuae SS. Sacramenti: Vid. *Montiales praedictae*.

Exempti Syndici Minorum. Vid. *Minores de Observantia*.

F

FESTA SANCTORUM.

Festa SS. Joannis de Matha, & Felicis de Valois in tota dumtaxat Hispania juxta indultum Clementis X. antea celebrata ad omnem Galliam extendit Innoc. XI. Conft. 99. §. 1. p. 224.

Festum B. Mariae de Mercede cum Missa & Officio proprio ad Universum Clerum Regnorum Regis Hispaniarum extendit Id. Conft. 81. §. 1. p. 131.

Festum ejusdem B. Mariae Virg. de Monte Carmelo, ut Officio & Missa propria Fratrum Carmelitarum ab omnibus Coronae Portugalliae subiectis celebraretur, indulgit Id. Conft. 56. §. 1. p. 92.

Festum Patrocinii B. M. V. jam ante in Regnis Hispaniarum institutum ad reliqua Regis Catholici Dominia extendit

pro Ecclesia necessitatibus tunc imminuentibus, indixit Innoc. XI. Const. 110. §. 1. ad 5. p. 238. & seq. Jubileum Universale ad implorandum Divinum auxilium contra Turcas indixit id. Const. 128 §. 1. p. 286. & seq.

JUS NOMINANDI PERSONAS AD BENEFICIA.

Jus nominandi personam idoneam ad Ecclesiam Albiensem, licet in Metropolitanam erectam, Gallia Regibus illatum remanente declaravit id. Innoc. XI. Const. 44. §. 3. p. 63. Jus nominandi Capellanum pro Ecclesia S. Gallae Livio Duci Odeschalcho, ejusque Successoribus concessit id. Const. 164. §. 5. p. 387.

JUSPATRONATUS.

Jus patronatus in Ecclesia Cathedrali S. Salvatoris Brasiliensis. Portugalliae Reges ex Privilegio Apostolico obtinuisse, indicat Innoc. XI. Const. 3. §. 1. p. 3. Jus patronatus idem in eadem Ecclesia, licet in Metropolitanam erecta, Portugalliae Reges obtinere decrevit id. ibid. §. 2. p. 4. Jus patronatus, & presentandi personas idoneas tum ad Episcopatum, tum ad alias Dignitates, & Beneficia Ecclesiae S. Salvatoris de Olanda, Regibus Portugalliae concessit idem Innoc. Const. 4. §. 7. p. 6. Jus patronatus haud ab simile, quoad Ecclesiam S. Sebastiani in Regno Brasiliae, eidem Regibus annuit id. Innoc. Const. 5. §. 5. p. 8. Jus patronatus aequale, quoad Ecclesiam S. Ludovici de Maraguano, eidem indulgit id. Innoc. Const. 21 §. 7. p. 33. Jus patronatus supradictum ex dotatione, & fundatione, Portugalliae Regibus competere declaravit id. Innoc. dd. Const. 4. §. 8. p. 6. Const. 5. §. 6. p. 9. Const. 21. §. 7. p. 33. Juribus patronatus eidem, ne consistorialiter quidem, esse derogandum decrevit id. Innoc. locis citatis. Jus patronatus in Hospitio S. Gallae Livio Duci Odeschalcho, ejusque Successoribus reservavit id. Const. 164. §. 5. p. 387. Jus patronatus praefatum sub nulla derogatione comprehendendi voluit id. ibid. p. 338.

L

LECTORES.

Lectoris titulo contenti Minores de Observantia, Doctores, & Magistri vocari desierunt Innoc. XI. Const. 77. p. 125.

LEGATUM.

Legatum quoddam Minoribus de Observantia olim adscriptum ad Minores Reformatos minime pertinere declaravit id. Const. 14. §. 1. p. 23.

LEGATUS APOSTOLICUS.

Raymundus Titul. S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis per Germaniam Apostolicae Sedis Legatus Indulgentias quasdam concessit Confraternitati SS. Rosarii. Innoc. XI. Const. 65. p. 100.

LITIS.

Litem inter Principem Messarum, & Communitates Loci Episcopo Alexandrino commisit Innoc. XI. Const. 16. §. 1. p. 25.

Lites varias inter Archiepiscopum Mechliniensem: & eius Dioeceseos Regulares exemptos jam pridem ortas, nonnullis editis Ordinationibus, composuit Inn. XI. Const. 112. p. 240. & seq.

Lites in Dioecesi Portugalliae, censendas esse legitime contestatas per negativam si Rei contumaciter respondere recusaverint, statuit id. Const. 204. §. 1. p. 526.

LOCA MONTIUM.

Pro Locorum Montium Romanae Curiae Bono Regimine varias provisiones Summorum Pontificum recenser Innoc. XI. Const. 208. p. 535.

Pro bono pariter eorumdem Locorum Montium Regimine Provisiones nonnullas, Ordinationes, & Taxas Theaurarii confirmat, & refert in Capitula 38. divisas id. ibid. p. 539. ad 545.

M

MAGISTRI.

Magistri titulo deposito Min. de Observantia Lectores appellari voluerunt. Inn. XI. Const. 77. p. 125. Quae ad Magistros Ordinis Praedicatorum pertinent. Vid. Praedicatores.

Quod ad Magistros Ordinis Eremitarum S. Augustini attinet. Vid. Eremitae S. Augustini.

Ad Magistros Fratrum Redemptionis Captivorum quod attinet: Vid. Fratres Redemptionis Captivorum.

Magus Magister Hospitalis S. Joannis Hierosolymitanorum. Vid. Hospitalis praedictus.

MELITENTIS.

Ad Melitenses Clericos Urbani VIII. Constitutionem, qua statuitur, ut ordinati cum falsis, vel sine Dimissoriis Fori Privilegio gaudere nequeant, extendit Innoc. XI. Const. 142. §. 1. p. 309.

Praedictum Breve circa Melitenses ad solos ordinatos cum falsis Dimissoriis reformavit id. Const. 159. p. 366.

MENSA EPISCOPALIS.

Mensa Episcopali Ecclesiae S. Salvatoris de Olanda certum annuum Censum applicavit Innoc. XI. Const. 4. §. 6. p. 6.

Mensa Episcopali Ecclesiae S. Sebastiani in Regno Brasiliae certam annuam Dotem attribuit idem Inn. Const. 5. §. 4. p. 8.

Mensa Episcopali S. Ludovici de Maraguano definitos annuos redditus appropriavit id. Innoc. Const. 21. §. 6. p. 33.

Mensa Ecclesiae Bituricensis annuam summam quindecim millium Librarum, ex decimis Ecclesiae Albiensis, assignavit id. Innoc. Const. 44. §. 4. p. 63.

MICHAEL DE MOLINOS.

Michaelis de Molinos Propositiones n. 68. & Libri omnes, ac Manuscripta damnavit Innoc. XI. Const. 191. §. 1. p. 441. ad 444.

MINORES IN GENERE.

Minorum Ecclesiae in quibusdam Festis Indulgentiam Plenariam perpetuam concessit Innoc. XI. Const. 90. p. 146.

MINORES CAPUCCINI.

Minores Capuccini novum Majoricam erigendi Domicilium facultatem petunt. Innoc. XI. Const. 1. p. 1.

Minoribus eidem ut Coenobium Majoricam erigerent, indulgit id. ibid. §. 1. p. 2.

Minoribus Capuccinis, Provinciam utramque Bononiae, & Marchiae in duas dividendi facultatem indulgit id. Innoc. Const. 22. §. 2. p. 34.

Minoribus praedictis Custodiam Navarrae, & Cantabriae in novam Provinciam erexit id. Innoc. Const. 49. §. 2. p. 76.

Minorum Capuccinorum Provinciis octo Germania in Capitulis Generalibus jus Suffragiorum, pariformiter cum aliis, indulgit id. Innoc. Const. 50. §. 3. p. 77.

Minoribus praefatis Provinciam Comitatus Burgundiae uniendo Lugdunensi, hujus autem nonnullis Coenobiis cum Custodia Campaniae conjunctis, eandem Custodiam in Provinciam erigendi, facultatem tribuit id. Innoc. Const. 52. §. 1. p. 79.

Minoribus eidem Indulgentiam diei 2. Augusti applicandi animabus Defunctorum per modum suffragii facultatem concessit id. Const. 205. §. 1. p. 527.

MINORES CONVENTUALES.

Minoribus Conventualibus Conventiones quasdam inter ipsos, & Minores de Observantia initas circa Primum in Processionibus, aliisque functionibus Civitatis Averfanae, confirmavit Innoc. XI. Const. 137. §. 1. p. 304.

Minoribus eidem Conventiones alias inter ipsos, & Minores Observantes initas circa Primum in Processionibus, aliisque functionibus Civitatis Iternien. confirmavit id. Const. 147. §. 1. p. 351.

Minorum praedictorum Collegialibus omnibus Collegiales S. Bonaventurae praeferi debent. id. Const. 203. §. 1. p. 525. MI.

MINORES DISCALCEATI, SIVE STRICTIORIS OBSERVANTIAE.

Minoribus Discalceatis, ut novi Coenobii erectionem concederet in Civitate Malacitana, Episcopo Malacitano commisit Innoc. XI. Const. 40. p. 56.

Minoribus eidem Provinciae S. Josephi Brevia duo Urbani VIII. in eorum gratiam adversus Fratres aliarum Provinciarum ad Curiam Madriti accedentes emanata confirmavit, & innovavit id. Const. 66. §. 4. p. 104.

Minoribus praefatis, quot Pontifices peculiarias gratias indulserint, refert una cum Literis concessionum, idem. Const. 69. §. 1. p. 106.

Minoribus praedictis Provinciae Neapolitanae, jura & Privilegia omnia aliarum Provinciarum concessit idem ibid. §. 3. p. 126.

Minorum eorumdem Provinciae praefatae Ortus & progressus cum suis statutis refertur ab eod. Innoc. Const. 78. p. 126.

Minoribus praedictis Provinciarum Hispaniae, ut in Provincia Regni Neapolis ejusdem Ordinis, locum possent habere, indulgit id. ibid. §. 1. p. 126.

Minoribus eidem d. Provinciae Neapolitanae, ut in omnibus, Clem. X. Literas pro d. Provincia editas, observarent, mandavit id. ibid. p. 143.

Minoribus praefatis sepe dictae Provinciae Neapolitanae Decretum quoddam Cardinalis Protectoris, ne adversus praedictam Provinciam contra Statuta Sedis Apostolicae quidquam attentaretur, ipsa prius non audita, confirmavit id. Const. 86. §. 2. p. 143.

Minoribus praedictis Provinciae S. Petri de Alcantara in Hispania Decreta quaedam ipsorum Capitulorum, quae Congregatio Ep. & Reg. approbaverat, & Card. Ord. Protector executioni mandari jussit, confirmavit id. Const. 94. §. 2. p. 151.

MINORES OBSERVANTES, SEU DE OBSERVANTIA.

Minoribus de Observantia assensum denegantibus, Capuccini Coenobium Majoricam extruere nequeunt: Innoc. XI. Const. 1. p. 1. & seq.

Ad Minores praedictos dumtaxat pertinere Legatum Arelatensem declaravit id. Const. 14. §. 1. p. 23.

Minoribus eidem in Provinciis Indiarum Occidentium Alternativam Electionum per Decretum Ministri Generalis, & Commissarii Indiarum stabilitam, confirmavit id. Const. 17. §. 10. p. 27.

Minoribus Observantibus praecedentiam supra Capuccinos in Processionibus, ex Decreto Congregationis Rituum, confirmavit id. Innoc. Const. 51. §. 1. p. 78.

Minorum de Observantia Professionem circa Reulae executionem, pluries, sed novissime in Vallisolerano Generali Capitulo emissam, confirmavit id. Const. 75. §. 2. p. 119.

Minorum eorumdem Regulas & Praecepta nonnulla refert; & singulos additis declarationibus, ad illorum observantiam teneri declarat idem ibid. p. 124.

Minoribus eidem Ordinationes quasdam observanda motu proprio injungit idem ibid. §. 3. ad 5. scilicet Observanda in receptione ad habitum & professionem statuit §. 3. p. 124.

Qui eligit nequeant in Superiores, praescribit: §. 4. Administrationem bonorum & reddituum prohibet: p. 125.

Minorum de Observantia Statuta quaedam in Capitulo Generali edita, & a S. Sede prius ad examen revocata, confirmavit utpote Ordini conducibilia, idem Const. 76. §. 3. p. 124.

Minores de Observantia simulac a Conventualibus separati fuere. Doctores & Magistri vocari desierunt, & Lectorum tantum titulo contenti fuerunt idem. Inn. Const. 77. in princ. pag. 125.

Minorum eorumdem Lectoribus jubilaris privilegia omnia Doctorum & Magistrorum, non immutatis propriis, concessit idem ibid. §. 1. p. 124.

Minoribus S. Francisci de Observantia Indiarum Orientalium Decretum quoddam Cardinalis Protectoris circa abrogationem Commissariorum Generalium.

pro Provinciis ipsorum, confirmavit id. Const. 119. §. 4. p. 248.

Minoribus praefatis Provinciarum S. Antonii, & Conceptionis B. M. V. in Brasilia, decretum Ministri Generalis circa abrogationem Commissariorum Europaeorum, & Judices appellationum pro eorumdem Provinciis, confirmavit id. Const. 125. §. 3. p. 282.

Minoribus praedictis Decretum Congregationis Episc. & Regul. approbans alternativam inter Hispanos & Criollos in Indiis Occidentalibus, confirmavit id. Const. 129. §. 1. p. 288.

Minoribus praefatis Literas quasdam Patentes Ministri Generalis, Decretum Cardinalis Protectoris circa executionem praedictae Alternativae, confirmavit id. Const. 132. §. 4. p. 296.

Minoribus eidem Decretum Congregationis Concilii, quo injungitur Ordinatio Regni Peruani conservatio Decreti Concilii Tridentini de Regularibus reclamantibus adversus eorum professionem elapso quinquennio, confirmavit id. Const. 133. §. 1. p. 297.

Pro Minoribus praedictis Provinciarum Belgarum, ut circa erectionem novorum Conventuum in Belgio servaretur Constitutio Clementis VIII. mandavit id. Const. 134. p. 298.

Inter Minores de Observantia & Conventuales Conventiones inita circa Primum in Processionibus, aliisque functionibus Civitatis Averfanae extant confirmatae apud eund. Const. 137. §. 1. p. 303. & seq.

Minoribus eidem Provinciae S. Jacobi in Hispania Alternativam Electionum reformavit idem Const. 138. §. 3. p. 306.

Minoribus praefatis in Terrae Sanctae Locis degentibus Indulgentiam Plenariam in Article Mortis concessit id. Const. 141. §. 1. p. 309.

Inter Minores praedictos & Conventuales Conventiones aliae inita circa Primum in Processionibus, aliisque functionibus Civitatis Iternien: extant confirmatae apud eund. Const. 147. §. 1. p. 350. & seq.

Minoribus eidem Decretum quoddam Congregationis Episc. & Regul., quo Superioribus injungitur ne permittant Saeculares ingredi septa Coenobii cum sclopiis, aut armis, vel ibi ludere, aut morari ultra tres dies confirmavit id. Const. 157. §. 1. p. 394.

Minoribus praefatis Statuta quaedam Capituli Generalis circa elemosynas Praedicatorum & Bibliothecas communes relata confirmat; necnon Pii V. constitutionem eadem super re innovat id. Const. 158. §. 1. ad 6. p. 364. & seq.

Minoribus de Observantia antiquitus tradita fuisse custodienda Loca Sancta Palaestinae docet idem Const. 166. p. 391.

Minores praedictos post quartum saeculum a Turcis ejectos tradit id. ibid. §. 1. p. 391.

Minoribus eidem post recuperationem SS. Locorum, eadem Loca Sancta Palaestinae, ut ante expulsionem, custodienda tradidit id. ibid. §. 2. p. 391.

Minoribus praefatis de Observantia docentibus Doctrinam Christianam Indulgentias perpetuas concessit id. Const. 167. §. 1. p. 391.

Minoribus praedictis de Observantia Decreta nonnulla Congregationum Episc. & Regul. necnon Immunitatis pro exemptione Syndicorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia a Foro Seculari, confirmavit id. Const. 168. §. 1. p. 394.

Minoribus eidem Decreta quaedam Ministri Generalis pro Missionariis Ordinis S. Francisci de Observantia eorumque Seminaris in Hispania, & Indiis Occidentalibus erigendis, confirmavit idem Const. 170. §. 11. p. 399.

Minoribus praefatis Privilegia omnia, & Indulgentias Ordinibus S. Francisci de Observantia & aliis utriusque sexus personis alias concessas confirmavit id. Const. 174. §. 1. p. 406.

Minoribus sepe dictis Seminaris pro Missionariis S. Francisci de Observantia in Hispania & Indiis Occidentalibus erecta confirmavit id. Const. 176. §. 7. p. 413. MI.